

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

28 Religio sancti Stefani, vera, & approbata religio est, sub regula sancti  
Benedicti erecta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

re autem nolentes, sine clausura viuere possunt; Ab ordinariis tamen si scandalose viuant, puniri debet, nec ultius multiplicari, aut recipi queant, ita decernente Bulla Pij V. circa pastoralis. edita 1566. const. 8.

## DECISIO XXI.

Ex conf. 17. alias 16.

**C**um nemo ad castitatem voulendam, aut ad crescendum in perfectione cogi possit, c. integratis 32. q. 1. c. g. d. 74. & gl. in verb. crescere. nec praetulus v. lus inferior, aut superior, quamvis Papa sit, v. l. religio sum ad diuorem vitam, quam vouleras, aut ad transfundum ad aliam regulam strictiorem, vel laxiorem cogere potest; vnde neque fratres Minores Conuentuales (quorum regulam Pius V. in Hispania extinxit) ad proficiendam regulam Fratrum Minorum obseruant, compelli poterunt, quandoquidem horum regula longe durior, & diversa sit, quam Conuentualium regula: Quia hi sancti Francisci regulam Privilegiis Apostolicis temperata: illi vero eam nullo tali temperamento laxatam, profitentur.

## DECISIO XXII.

Ex conf. 18. alias 19.

**P**rofessio religionis non approbat, aut ab eo admisa, & accepta qui profitemur, alicui regule approbata obligare non potest, nulla, & inutila contenta est, sicut etiam professor tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiae, tanquam vota simplicia, & non solemnia vbiunque fuerit, furtare tenetur.

## DECISIO XXIII.

Ex conf. 19. alias 54.

**T**ertiaij S. Francisci licet extra congregationem viuentes religiosi non sint, ex Gl. in clem. 2. cum ex eo, de sent. excomm. intra eam tamen viuentes vere religiosi sunt, & tria vota essentialia voulent, nec ad aliam religionem etiam mendicantium, aut sancti benedicti nisi petita licentia, transire possunt, perita vero licentia, & non obtenta, transire valent. Arg. cap. licet, de Regula. Iusta vero causa transiendi ad aliam religionem etiam aequaliter, vel laxiore est, quod regula illa Tertiiorum non sit perpetua, sed finienda, & consumenda, eo quod per novum recipiendos restaurari nequeat. Arg. cap. §. adhuc, de relig. dom. in 6.

## DECISIO XXIV.

Ex conf. 20. alias 14. de statu monach.

**R**egularis quamvis sine praetatu licentia nihil habere, possidere, dare, vel accipere possit, c. non dicit s. 51. quod est 1. neque de licentia tanquam rei propriam, cuius dominum, & possessionem suo nomine habeat, cap. fin. de statu monach. de illius tamen licentia bona mobilia, vel immobilia monasterij tanquam peculum suis v. sibus, & necessitatibus deputatum, ad utilitatem monasterij cuius bona sunt, ex iusta causa, non obstante Concilii Tridentini decreto, in sess. 25. c. 2. d. 1. g. quod nihil noui juris inducit, sed tantum us. antiquum declarat, & de concessione sine iusta causa loquitur, habere potest, d. c. non dicitis, & c. 2. & fin. de statu monach.

## DECISIO XXV.

**C**um monachus ad suum praetatum ita se habeat, ut servus ad Dominum sum, ex Innoc. in c. cum olim de priu. Pan. in c. edoceri, de reser. & inc. cum ad monasterium de statu monach. & conf. 80. vol. 2. ita vt illi resistere non possit, cum neq; velle, neque nolle habeat, sed totus dependet a superiori arbitrio, & voluntate, c. non dicitis. 12. q. 1. c. si religiosus de ele. 6. & c. 2. de testam. in 6. & cap. Nolo 12. q. 1. potest praetatus, regularis pro voluntate sua, sine v. lla causa iusta beneficium regulate, & alias

quascunq; concessione monacho suo factas revocare, cap. porrectum cap. ad auditum, de confit. vul. & d. c. cum ad monasterium. §. tales. & cle. 1. § pen. de sup. p. 1. adeo vt inferior, etiam de spolio, contra praetatum spoliandum, modo id bono animo faceret agere non possit.

## DECISIO XXVI.

Ex conf. 21. alias 12.

**C**um milles sancti Ioannis Hierosolymitanae vo. ta substantialia castitatis paupertatis, & obedientie in manibus superioris sub regula a sede Apostolica approbata emitant, vere & proprie religiosi, & regulares e. seri debent, & preinde sub Concilij Tridentini, sess. 6. c. 3. de reform. dispositione, statuerint neminem clericum seculariem, vel regularem degentem extra monasterium, etiam sui ordinis privilegij praetextu, utrum censeri, quo minus, si deliquerit, ab ordinario loci, tanquam sedis Apostolica delegato, puniri & corrigi valeat, comprehenduntur, etiam si privilegia aliqua in contrarium habeant, quibus per clausulam generalem Concilii per viam legis positam derogari censetur. Arg. cle. dudum, §. fin. de sep. & fel. in cap. accedentes, num. 4. de priu. l. g.

## DECISIO XXVII.

Ex conf. 22. alias 25.

**L**icet annus probationis in vtriusq; partis, id est, Novitij, & religionis fauorem statutus sit, & vtraq; pars illi fauori, vt cuiuslibet alii iuri suum fauorem concipienti, renunciare potest: cap. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. & l. quod fauore. C. de legib. adeo vt confundatur generalis ante Concilium Trid. habebat, vt professio ante finem anni probationis facta de consensu partium valeret extra religionem quatuor mendicantium, c. non solum, & c. const. de reg. in 6. eo quod ante illud, probatissimum annus principalius in fauorem priuatam, qua publicum introductus videbatur; professio tamen contra legem prohibentem ne ante certam etatem fiat, emissa, vt tante decimam sexum annum per Concilium Tridentinum, sess. 25. c. 15. de regul. aut ante decimum octavum annum in Monasteriis, in quibus prohibetur illa fieri ante illum, & c. in ante Tridentinum in ordine mendicantium ante finem anni nouitatus facta, non valeret, ex Hoff. & Pan in c. quia insulis, de regul. eo quod lex profiteri ante illum etatem vetans, vtilitatem publicam, potius quam priuatam partem respicere videtur, cui partes stare tenentur, adeo vt actus contra legem sic prohibentem illum fieri factus non valeret. l. non dubiam. C. de legib.

## DECISIO XXVIII.

Ex conf. 33. alias 10.

**C**um religio & umilia sancti Stephani post Concilium Trident. sub regula S. Benedicti erecta & a Pio IV. confirmata sit, consequenter professi eiusdem ordinis vere religiosi censenda sunt, & castitatem coniugale, & paupertatem, quamvis non omnimodam, illam r. men. quoniam regula eorum requirit, sita seilicet vt liberam ref. ad facultatem non habent, sed limitaram, relinquendo quintam partem ordinis & obedientiam voulent: vnde & beneficia tantum regularibus professis prouideri solita, obtinere possunt, vt assertit Concil. Trid. sess. 14. c. 10. de reform. & sess. 25. c. 2. de reg. Et quamvis iure communis, castitas coniugalis, & talis paupertas ad solemne religionis uocum constitendum sufficeret non videntur, c. cum ad monasterium, de statu monac. & S. Th. 2. 2. q. 156. art. 4. 6. & 7. Quia tamen uoti solemnitas uris humani est; ex privilegio & dispensatione Papae, minuit, vel auget rationabili causa subsistente poterit, ita ut uere & propriè religio, cum castitate coniugal, & testandi facultate confessar, ut sentit. Innoc. & gl. in d. c. ad monasterium, Caiet. 2. 2. q. 88. art. 11. & Nau. in Man. cap. 12. num. 85.

DE.